ut inter verum et falsum discernere possit; et in hoc tota
sit, ut verbi divini puritas longè latéq; propagetur: non du-
bito, id quod prius negatum fuit, nunc obtineri posse. Neq;
etiam hoc scribo, quod propediem tibi expectanda sit vocatio
sed ut nobis de tuâ in eventum constet voluntate. Eccles-
am et scholam nostram scito cum vestra esse conjunctissi-
mam. Orabitis Deum, ut hanc Principem, re et nomine
CHRISTIANVM nobis clementer servet, ipsumq; sapien-
tiâ et robore Spiritûs sui indutum in dies magis magisq;
confirmet. Vale. Witebergæ. 22. Februarij. 1591.

179)

D. VRBANO PIERIO. SS. Theologiæ Doctori et Pro-
fessori in Academia Witebergensi primario, Fratri
in Christo colendo Salutem dicit D. Hareus.

Clarissime Vir, Frater in Domino observande. Ut benevolen-
tiam tuam in me colo, ita laudes, quas mihi tribuere videris,
non agnosco. Versor in pulveribus, inter quos latere cupio,
quoad visum Deo erit. Si aliquid conandum scribendo, adeg-
me Sycophantarum quorundam intolerabilis petulantia.
Nemini magis, quam mihi, displicet conatus. Si tamen vobis
displicuit, et alicui fortè profuit: Est, quod gratias agam
Deo, qui me misero in re tantâ, et in Ecclesiæ luce, organo
uti voluit non inutiliter. Utri autem vulgò non alium labo-
ris fructum fero, quam alii fortes Christi athletæ, qui de E-
clesiæ salute benè mereri voluerunt; ut nimirum nomen h-
rei in gravissimum falsi crimen vocetur, et modis indignis
à perjuro præsertim illo Bernensi Apostata Hubero: Ex
quod conscientiam ejus gravius pulsaverim? lacerretur: h-
mine me conscientia rectè factorum consolatur. Nec para
me recreat

me recreat approbatio vestra, et aliorum bonorum, qui re-
ctius de controversijs judicant, et diversis ex locis consensum
et favorem hacteng apud me testati sunt. Ab vestra, ut ve-
niam, gaudeo celeberrimam Academiam vestram jugum
Vulcanium tandem ejecisse potuisse, atq; ex diuturnâ no-
vercâ matrem dulcissimam factam esse, quæ vos ô[mnibo]s
vos pro frybros recognoscat. Adsit clementissimus Deus
pro hac tanto beneficio Illustrissimo Electori vestro ad in-
telligentiæ lumen fortitudinis et constantiæ spiritum, ut spre-
tis mundi iniquissimis judicijs, et non tam Sycophantarum
latratibus, quam etiam Sirenum cantibus contentis ad puri-
oris doctrinæ amorem ac patrocinium se totum componat
memor verissimæ promissionis: Honorantes me honorabo.
Non decerunt piorum preces pro Christiano, quas Deus ex-
audiet, et faciet opus, quod erit mirabile in oculis mundi.
Amo candorem vestrum, nec improbo ἀγχίνοιαν, quâ
crimina objecta refellitis, argumentis ad personas et tem-
pora accommodatis, et quâ, si isthic essem, ipse uti co-
gerer. Hic quidem non ita de his amplius laborarem, cum
hoc fulgura ex pelvi contemnere diu didicerim. Et
de vestris initijs ex nostris rebus, quas vario successu jam
per annos 26. vidi, facilè conjecturam facio. Mille se in-
gerunt remora et obstacula: sed patientia et constan-
tia hæc omnia vincit. Me quod attinet, nescio, quis in
eam vos opinionem duxerit, ut me vobis collegam optetis.
Agnosco sanè providentiam Dei, qui opportunè mihi ni-
dum ostendit, si Heidelberga me non ferret: fraternam
quoq; voluntatem et honorificam existimationem vestram
erga me veneror et colo. Quid verò nunc respondere potu-
erim, ex literis meis ad D. Calaminum collegam rectè

intelliges. Quod restat, perge, Vir Clarissime, me amare, ita-
ut à me amaris. Duos verò alumnos nostros, qui has tibi red-
dunt, et Studiorum causâ istúc veniunt, honestos nec non
indoctos juvenes discipulos meos tuâ benevolentia meo loco
complectere, studiaq; ipsorum et mores formando, quam
potes, operam eis prosta. Sic tibi et ipsos et nos beneficij
perpetuò obstringes. Vale. Dominus laboribus tuis majis
indies benedicat. Catecheticarum explicationum partem
alteram tibi mitto: reliquas istic haud dubiè videbitis.
Vestrum erit, de hoc labore audè judicare. Multa typo-
graphi incuria et festinatio depravavit. Heidelbergæ
4. Non: Aprilis Anno 1591.

Fragmentum

180) Epistolæ Responsoriæ ad literas D. Petri Calumini, S. Theol:
Doctoris et Professoris Wittenbergensis, quibus D. Pareum ad
Professionem Theologicam invitabat Wittenbergam.

***. Venio ad postremum. Invitas me istuc; non tu
modò, sed et D. Sierius, quâ voluntate vestra in me optima
et honestissima vix equidem in vitâ gratiùs quicquam mi-
hi evenit. Ergóne novercâ illa facta est mater, ut quos
nuper exilijs et anathemate demonabat, nunc pro filijs
recognoscat τοὺς ὀρθοδόξους? Gratias agamus Deo, qui tam
clementer respexit Ecclesiam suam, hoc tristissimo tempore,
et inter tot distractiones suas Germanicas Academias cele-
berrimas sanctissimo veritatis glutine, pacisq; vinculo con-
jungere dignatur. Sed audin'? Latin' vobis subducta ra-
tiones? Si Pareus Wittenbergam veniat, hæresiarcha ille
falsator ille Bibliæ, nonne clamabit mundo: Κολοιὸς πρὸς
κολοιὸν ἴζάνει? Nunc cognovimus, quod Samaritanus es,
et Dæmonium habes? Quam ergo aleam propter me subirés

Academia